



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 69. Petri Martyris hæretici interitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

quæ omnia variis temporibus edita Sæcul. XVI. A.C. 1562.  
 fuere, ubi Textus sua paraphrasi dilu-  
 cidavit, ac plures Theologicas æque,  
 ac dogmaticas quæstiones discussit, plu-  
 ribusque in locis textum græcum Vul-  
 gatæ præposuit. Edidit quoque ex-  
 hortationem ad pœnitentiam, confiten-  
 di Methodum, necnon alia opuscula A-  
 scetica.

## §. LXIX.

*Petri Martyris hæretici interitus.*

Hoc item anno Hæretici præcipuum Thuan. l. 34. hoc ann.  
 suæ nequitiae fulcrum amisere, Spond. hoc ann. n. 55.  
 dum Orbis expurgatus est morte Petri Flor. Ræmond. de orig. hæres. l. 3. c. 5.  
 Vermilii vulgo Martyr, dicti, qui Flo-  
 rentiæ die octava Septembris Anno sa-  
 luti nostræ millesimo quingentesimo  
 natus, cum adhuc ætate juvenis esset,  
 Institutum Canonicorum Regularium  
 S. Augustini amplexus in Monasterio  
 Fesulano sese solemni sponcione Deo di-  
 cabat, percursoque Patavii Philoso-  
 phiæ curriculo primam linguæ Græ-  
 cæ, postea Hebraicæ, ac demum Bono-  
 niæ Theologicis disciplinis operam da-  
 bat, ubi etiam in omni scientiarum ge-  
 nere adeo profecerat, ut eloquentia  
 naturæ potius beneficio, quam studio  
 aquista præclarus inter ceteros suæ  
 Congregationis Viros emereret, ac  
 facundissimus Italiæ Orator audiret, at-  
 que

Sæcul. XVI.  
A.C. 1562.

que in celeberrimis urbibus cum ingenti applausu, maximaque populi concursu ingenii sui dotes patefaceret: Verum iudicii sui integritas postea, cum Neapoli moraretur, sensim depravata est Zwinglii, & Buceri operum lectione, necnon familiari, & frequenti commercio, ac colloquio cum Joanne Valdesio Jurisconsulto Hispano, cujus perveritate plene seductus novorum hæreticorum erroribus totum se dederat, quinimo tam Valdesius, quam Petrus brevi variæ conditionis hominibus, qui in privatis ædibus conventicula agebant, perversa sua dogmata infillabant, nihilominus, quamvis ejusmodi coetus, in quibus Petrus semper perorabat, valde secretos haberent, brevi tamen detegebantur, unde hic hæreticus Romæ accusatus nonnisi suorum amicorum auctoritate promeritam poenam effugiebat.

Paulo post Neapoli Luccam contendit, ubi cuidam sui Ordinis Monasterio præfuit, ibidemque Emanuelem Tremellium, Celsum Martinengum, Paulum Lacisium, & Hieronymum Zanchium suo veneno infecit, qui una omnes postea suæ apostasiæ, atque impietis socii exstiterunt: imo a novis hiis Doctoribus plures alii Luccenses fuere seducti, quorum alii Genevam, atque

atque alii ad Helvetios variis tempo-  
 ribus auffugiebant: Vermillius autem,  
 cum Paulum IV. Pontificem post Buf-  
 fetanum colloquium cum Carolo V. An-  
 no millesimo quingentesimo quadra-  
 gesimo tertio habitum Luccam rever-  
 surum intelligeret, matura fuga Pon-  
 tificis adventum prævertere studuit,  
 veritus, ne ob perversam suam do-  
 ctrinam accusatus Inquisitoribus tra-  
 deretur, atque ab eis damnaretur: i-  
 taque cum suis sociis Lucca excedens  
 ad Hæreticos sese recepit, secumque  
 conduxit Bernardinum Ochinum supre-  
 mum Fratrum Capuccinorum Præpo-  
 situm, cujus jam alibi sæpius memi-  
 nimus: ergo primo Tigurum, & postea  
 Basileam contendit: cum vero in his  
 urbibus nullum ei munus committere-  
 tur, suadente Bucero Argentinam ve-  
 nit, ubi publice literas tradens, sacri-  
 legas nuptias iniit cum quadam juve-  
 ne Moniali, nomine Catharina, quæ,  
 cum pro more omnium illorum Apo-  
 statarum flagitiosæ morum licentiæ de-  
 dita esset, e monasterio suo auffugit:  
 ceterum cum inter suos eruditionis fa-  
 ma inclaresceret, ab Anglis accitus ad  
 hoc regnum unacum prostibulo suo cir-  
 ca Annum Domini millesimum quin-  
 gentesimum quadagesimum septimum  
 emigrabat, ibidemque in Oxoniensi U-  
 niver-

Sæc. XVI.  
 A.C. 1562.

*Vid. Lib.*  
*CXL. s.*  
*LIX.*  
*LVIII &*  
*seq.*

Sæcul. XVI  
A.C. 1562.

niversitate Theologiam tradebat usque ad annum reparatæ salutis millesimum quingentesimum quinquagesimum tertium, quo Maria Regina Eduardo succedens Catholicam Religionem revocabat, suisque ditionibus hæreticos ejiciebat. Tum Petrus Martyr Augustam, inde vero Tigurum revertebatur, ubi etiam publice docens, tandem die duodecima Novembris Anno a Christi Nativitate millesimo quingentesimo sexagesimo secundo infelicem animam exhalabat. Referunt nonnulli Scriptores Catholici, quod Petrus a Calvinistis, quos sibi infensos habebat, veneno sublatus fuerit eo tempore, quo confutare aggrediebatur librum, quem adversus eum, ac contra Bullingerum Joannes Brentius Lutheri secta infectus composuerat, cuique titulus erat: *De vera præsentia Corporis Christi in Coena.* Hunc quoque librum Bullingerus refellebat.

Ceterum Petrus Martyr quamplurima elucubravit opuscula, ut suos tueretur errores, quos cum Calvinistis habebat communes, exceptis ejusdem opinionibus circa Eucharistiam, circa quam Calvinistas errandi fecunditate superabat, affirmans, Christum Dominum non modo in Sacramento Altaris corporaliter non adesse, sed nequidem dici

dici posse, quod ibidem realiter præ-  
 sens sit: nihilominus hic idem hæreti-  
 cus Anno Christi millesimo quingente-  
 simo sexagesimo primo Possiacensi col-  
 loquio interfuit, ubi cum Calvinistas  
 allerere perciperet, quod Christus Do-  
 minus in cœna realiter reciperetur,  
 quamvis sub speciebus panis præsens  
 non esset, hac doctrina tantopere offen-  
 debatur, ut hanc opinionem tanquam  
 falsam palam redargueret.

Sæcul. XVI.  
 A. C. 1562.

§. LXX.

*Bonifacii Amerbachii extrema.*

Die prima Maji pariter vivis ereptus  
 est Bonifacius Amerbachius cele-  
 bris Jurisconsultus Basileæ Anno Christi  
 millesimo quadringentesimo nonagesimo  
 quinto natus, qui Patrem habuit Joan-  
 nem Amerbachium peritum sæculi de-  
 cimi quinti Typographum Basileensem,  
 cujus arti novos characteres, quorum  
 usus suo ævo in Typographiis invaluit,  
 in acceptis referre obstringimur: porro  
 ejus Filius Joannes unacum duobus  
 fratribus suis natu majoribus Brunone,  
 & Basilio studiis incumbens tam præ-  
 claros progressus in scientiis præcipue  
 sub Joanne Connone in lingua Græca  
 fecit, ut circa annum Domini millesi-  
 mum quingentesimum undecimum pri-  
 ma Doctoratus laurea decoratus, bien-

Thuan. l. 34.  
 Melch. Adams  
 in vita Ju-  
 riscon.  
 Germ.

nie